


PSALME 33 - TON 3 a



1. Benedícam Dóminum in **óm**-ni témpo-re : *
semper laus ejus in **o**- re **me** - o.
 2. In Dómino laudábitur **án**ima **mea** : * áudiant mansuétí, et laeténtur.
 3. Magnificáte **Dó**minum **mecum** : * et exaltémus nómen ejus **in** **idí**psum.
 4. Exquisívi Dóminum, et **ex**audívit me : * et ex ómnibus tribulatió nibus meis **erí**puit me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et **illu**minámini : * et facies vestrae non **confundéntur**.
 6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum : * et de ómnibus tribulatió nibus ejus **salv**ávit eum.
 7. Immittet Angelus Dómini in circúitu **timéntium** eum : * et **erí**piet eos.
 8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir qui **sperat** in eo.
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes **sancti** ejus : * quóniam non est inópia **timéntibus** eum.
 10. Divites eguérunt et **esuriérunt** : * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur **omni bono**.
 11. Veníte, **fílii**, audíte me : * timórem Dómini **docébo** vos.
 12. Quis est homo **qui** vult **vitam** : * díligit dies **vidére bonos** ?

ANT.

13. Próhibe linguam **tuam** a **malo** : * et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, **et** fac **bonum** : * inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini **super justos** : * et aures ejus in **preces eórum**.
16. Vultus autem Dómini super faciéntes **mala** : * ut perdat de terra **memóriam eórum**.

ANT.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudívit **eos** : * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit **eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt **corde** : * et húmiles spírítu salvábit.

Glória **Patri**, et **Fílio**, * et Spírítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, * et in saécula saeculórum. **Amen**.